



1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.

*HYMENÆUS*

*ad Nuptias*

**REVERENDI ET**

Doctissimi Dn: M. JOHANNIS Rephun,  
Aulæ Velsiacæ Concionatoris, & juniorum  
Baronum Informatoris dignissimi,

E T

*Virginis honestissimæ & pudicissimæ*

**E L I S A B E T H Æ,**

*Viri Reverendi & Clarissimi Dn:*

*M. THOMÆ Adlers, Ecclesie Cubitensis sin-  
cerioris Pastoris filia & dilecta,*

Celebrandas Neudeccii 3. Febr:

Anno Christiano

1615.

Decantatus



*Socero & Fratribus,*

*Affinibus, Fautoribus & Amicis:*

*Qvos ætas & amor, nō ars hâc sede locavit.*

573  
• 6 \* \* 90

*CURIÆ VARISCORUM: Typis Matthai Pfeilschmidii.*

Digitized by srujanika@gmail.com

## I.

**A**d de unum ter sex, annos tot viximus  
una (gii;  
ANNA adjuncta mihi fædere conju-  
Vixisti placidè mecum, sit gloria Jovæ,  
Et porrò nostris ædibus absit Eris.

Quale igitur nobis, vobis quoq; Gnata Generq;  
Conjugium toto pectore tale precor.

Vivite concordes, concordes vivite: concors  
Vita D EO minime displicuisse potest.

Regem Aqvilam non esse volo nec sumere sceptriū,  
Perdicem timidam non jubeo esse nimis.

Rex Rex sit Perdix, verso rerum ordine, Perdix,  
Ast Aqvia amoveat sceptra, subesse decet..

Præcipit hoc etiam Leo, dum Perdicē Aqvilamq;  
Rugitu jungit consociatq; suo.

Obscurus videor forsan, sum clarior ergò:

JANE sit Elsa tibi subdita, Pastor ait:

Sic vos vivetis recte, si vivitis, ut nos,

Sic ut vivatis, det Deus altus, Amen.

M. Thomas Adler, Ecclesiastes  
Elnhogensis, Sponsæ Parens.

A 2

Jure

## I I.

J ure petis sociam divō: Tibi Sponse petita,  
 O ptas qvam multis, ELISABETHA datur,  
 H anc oculis sentis, Tibi dextræ jungitur ipsa,  
 A nte tuum thalamum ducitur ELISABETH.  
 N onne tui reqviem cordis, simul atq; laborum,  
 N unc metam sentis, nonne medela tibi  
 E st hæc qvam sentis, in qvovis rite labore,  
 S uscipis æterno sicce volente D E O.  
 R umpe moram qvæso, Te dextræ sistere Sponsæ  
 E t præstare fidem, qui pius esto, decet.  
 P erplacet haud dubio, qvia verè pura puella,  
 H anc adama, siqvidem est hæcce columna tuæ  
 V irgo casta domus, de ADLERİ stemmate claro  
 N ata, Patris donis condecorata piis.  
 E LISABETH magnum donum est, qvam Sponse Ma-  
 L audant permagnâ sedulitate viri, (gister  
 I psâ dum vitâ frueris, vix clarus unqvam,  
 S eu qvicqvam poterit dulcius esse tibi:  
 A urum laudatur, tamen hæc sortitur honorem,  
 B ifarium in sacro codice CHRISTE tuo.  
 E sto igitur firmum: junguntur corda duorum;  
 T e sine cum nil sit CHRISTE me hercle ratum.  
 A dsis Conjugii Sacrosancti munere Flatus  
 A dsis Conjugibus, Tu DEUS alte novis,  
 D a vivat JANUS Elsâ cum Nestoris annos,  
 L ætus sit Sponsis & sine lite thorus.

Esto

E sto precor JESU neonymphis numine JESUS  
R EPHUN & ELISA ut basia mille ferant,  
I ncolumesq; diu videant longo ordine natos,  
N omen qvi CHRISTI condecorare queant.

Georgius Rephun, Avi & Patris  
in Parochiâ Quercetanâ successor,  
Sponsi germanus.

III.

**E**cce Pater nobis, nostri qui dogmata Christi  
Sparsit, talis Avi frater, Avusq; fuit.  
Quinq; habuit Matris Genitor, Pastor quoq;  
Pastores, Gnat as queis dedit ille suas. (verbi  
Rorarius, Rephun, Wagnerus, Fischbachiusq;  
Et Cluba, sic dictus nomine quisq; suo:  
Ex his non pauci rursum venere nepotes,  
Qui Christi plebem mystica sacra docent.  
Linea REPHUNI monstrat tibi sola Ministros  
Verbi tres fratres. ut taceam reliquos.  
Major in hac numerus Pastorum redditur ampli  
Gente, tua Sponsæ, Frater amande, Patre.  
Profit Conjugium: faciat clementia JESU,  
Pastores crescant, te quoq; Patre, pii.

Salomon Rephun, Pastor Lau-  
terbachianus, Sponsi frater.

A 3 Fama

## IV.

**H**ama est PERDICEM socialem,  
quærere Nympham,  
Ex AQLILÆ forti stemmate,  
progenitam.

Mirantur multi, quibus hic innotuit ausus,  
Secum dicentes: Non benè cedet opus.

Quare? Cùm PERDIX sit avicula plena timoris,  
Quam fōris in punc̄to perdere possit Avis.

Ast ego non miror, cùm, nil feritatis inesse,

Huic AQLILÆ GENERI, sit mihi perspicuum,  
Omnibus & constet Probitas Genitoris abundē,

Matris & ingenium mitia sola probans.

Immò, quin superet quamvis probitate columbam,

Hæc AQLILÆ proles, quis dubitare potest?

Quapropter PERDIX omnem depone timorem, &

Quod benè cepisti, perfice fortis opus.

Ut facis, esto pius, cœlum precibusq; fatiga:

Nam precibus magnum pondus adesse solet,

ConIVgIVM & pletas Donat bonitate petita;

Ast Creat IMpletas qVæ tibi DVra satIs.

SVr GottseLig Den EhestanD DeIn/  
So hast V Hell/ blst ohne peIn,

W<sup>o</sup>W

ALIUD.

# ALIUD.

Qvæst:

Pastor! Pastoris fili; vñ' ducere gnatam;

Pastoris? metuis fulmina nonnè Papæ?

Resp:

Qvid cum fulminibus cassis mihi qvæso Draconis

Ausonii? Christi qvi sacra verba seqvor?

Omnibus hæc etenim concedunt foedera lecti

Casti, sed Veneris turpia facta vetant.

Immò Pastorum Pastorem laudo supremum,

Hanc mihi qvi sociam junxit amore rato,

Et precor, ut maneat nos inter vita jugalis,

Est qvibus à Christo tradita cura gregis.

Der Prlester Ehe/so DV Hærx Chrlst  
Gestlffet/seqn zV IeDer frlst.

Votum nuptiale ad DEUM Trin-unum pro  
reoyámois ex nominibus eorum per anagramma  
conflatum.

Magister Joannes Rephun & Elisabetha  
Adlerin conjuges.

MAGNE PATER BENEDIC LARGE HIS,(EJA  
ANNUE NOSTER  
SILOH) TUIS nuptis; Spiritus effer Amen.

Chronodistichon.

HIsCe Vt personIs beneDICas, Chrlste, paternè

Te preCor arDenter, respICe qVæso preCes.

Hærx

HENRICK gleb Dlesen EHLeVten Segn/  
HILFF Das sie gehn aVff DeInen Stegn.  
Valentinus LÖSW Adorfensis,  
Ecclesiaz Neodeccensis Pastor.

V.

*Votum nuptiale anagrammaticum.*

JOANNES ET ELISABETHA CONJUGES.  
ITE GENIO: JHESUS CANOS BENE ALAT.



Mnibus & seclis valde laudabilis usus,  
Altera optemus digna, benigna  
vice.

Quando quis ascitus communia mu-  
nia curat,

Vel duo cum subeunt jura sacrata thori.

Præcipit hoc rerum Dominus, Deus ille salutis,  
Atq; hæc vota suum pondus habere finit.

Sic cum Cissides: Salomon prudentior unus  
Suscepit ultrici sceptra regenda manu.

Acclamant populi Regi, vox omnibus una,  
Fata bona & vitæ tempora sera vovent.

Abramidæ quando vadit nuptura Rebecca,  
Conficit & longum plena pudoris iter:

Ad cunas Domini Moabitis quando vel illa  
Booz, egregio nubit amata viro:

*Sponsorum*

Sponsorum quando Raguelis funera septem  
Deflet, Tobiæ jungitur atq; suo:  
Tum plaudunt animis, quotquot sunt sanguine  
Exoptant nuptis prospera quæq; novis. (juncti,  
Exoptant illos benedictio larga sequatur,  
Verus verè illos ut Benedictus amet.  
Exoptant illis præstanti corpore prolem,  
Quæ superet factis, quæ pietate patres.  
Exoptant fundos, Cerealia munera, opimos,  
Et pacem, aut palmam, Pax sit ut alma viris.  
His ego commotus conatus approbo vestros,  
Applando, laudo, prospera fata rogo.  
ITE bono GENIO, docti comitate corona  
Ad templum, Sponsæ jungere Sponse tua.  
ITE bono GENIO, bellis comitata puellis  
Ad templum, Sponso jungere Sponsa tuo.  
ITE bono GENIO, genio indulgete paratam.  
Ad mensam, hac hilares vos decet esse die.  
ITE bono GENIO, stratumq; intrate cubile,  
Tobias Sponsus, quæ facienda, docet.  
ITE bono GENIO, ingenio feliciter acri,  
Commissum e cura munus obite pia.  
JHESUS vobiscum, vobiscum numine JHESUS,  
Qui vetus hoc fædus consecrat, ornat, amat.

B

Vos

Vos ALAT & donec vitæ mitissimus autor  
Panes & pannos, & quibus Usus eget.  
Vos BENE ALAT, lymphos dulci commutet  
Ut sine clade domus sit, sine lite thorus. (Faccho,  
Vos BENE ALAT CANOS, sanos det Nestoris  
Natorum natos ut numeretis: AMEN. (annos,

### A L I U D.

Connubium o dubium! percepit tale quis unquam  
Famâ, vel fando tale quis enumeret?  
Progenies Aquilæ & Perdix socialia jungunt  
Fædera & unanimis nidificare student.  
Nunquid sperari poterit Concordia? nunquid  
Excludi hoc poterunt pignora vera ihor? .  
Est avium Regina Aquila & supereminet omnes,  
Parcere prostratis novit, amans hominum.  
Quos bene defendit vel cum discrimine vitæ,  
Et minimos præda pascit, alitq; sua.  
Gloria Perdices mensæ, bene convenit ipsis,  
Masculus & totum fœmina conjugium.  
Condit uterq; suos nidos atq; incubat ovis,  
Excludit, pullos curat uterq; suos:  
Sic bene conveniet divino his nomine junctis,  
Sincerus, verus pectora junget amor.  
Pignora progignent thalami, donante Tonante,  
Corporis & mentis quæ simulacra sua.  
Illaq; curabunt, mulcebunt pectora dictis,  
Officium facient ille suum, illa suum.  
Hoc magis eveniet, reliquos ratione volucres  
Soterti hi nupti quo magis exuperant.

M. Christophorus Fürgang/Olsnicensis, Ecclesiaz Theusingensis Pastor.

V. I.



Ncipe Musa, brevi castum cantemus a-  
morem,

Carmine, conjugibus fausta precare  
novis.

Casto Joanni casta Elisabetha jugatur,  
Virgo, qyam pietas, forma, genusq; probant,  
Qvam qvæsivisti precibus perdocte Magister  
Haetenus, en lateri est costa reperta tuo.  
Adjiciunt aurum patres soboli, at pia conjunx  
A Domino semper, non aliunde venit.

Hæc de carne tua caro & hæc ex ossibus os est  
Qvam tibi monstravit, res manifesta, DEUS.  
Conjugii siqvidem Deus est curator & autor,  
Atq; amat uñanimi pectora juncta fide,  
Ille Deus miro qvi vos conjunxit amore,  
Addat opes, pacem, pignora, secla, polum.

*Ad Sponsum,*

*Distichon annum nuptiarum exhibens,*

TV soCIA M VI Itæ reCte CVra & CoLe IV Xta  
En eXtrVCta tVI s ossibVs ossa foVe:

*Ex Epistola Ebr: 13:*

Die Ehe le sietlgs soLt haLtn reIn/  
VnreInigkelt Ist gstrafft Mit PeIn.

*Simon Mochius Wittebergensis,  
Ecclesiæ Buccavianaæ Pastor.*

B 2

Cui

V. I. I.



*Uti datur in thalami fœdus castissima,  
Sponsa,,  
Possidet hic veræ prosperitatis opes.  
Amplum donat ei munus Regna-  
tor olympi,  
Qvo nihil in vita gratius esse potest.  
Ergo DEUS placitum cùm fortunârit amorem,  
Sponsæ tibi, & Sponsæ prospéra cuncta precor.  
Vivite felices concordi fœdere juncti,  
Secula quæ numero nemo referre potest.*

Thomas Moyses, Medicus  
& Consul Elnbogensis.

V I I I.



*Ryphes hyperborei male committun-  
tur eqvabus,  
Et trepidat rapidos agna novella  
lupos.  
Attamen inseritur benè Bachica Vitis  
Naturæ mirum qvis neget illud opus? (olivæ:  
Qvis non miretur, si dixero, Clare Magister,  
Qvòd PERDIX Aqvilam ceperit aucupio?  
Capta Aqvila est, (mirum) qvò fiat mira duorum  
Unio, & ex bina carne sit una caro.  
Nemo hoc miretur, caussam tibi suggero planam,  
Perdix est Sponsus, Sponsa sed est Aqvila.*

Perdix

Perdix JOANNES, Aqvilina est Elsa: duos hos  
Jam primo nexu sancit ipse DEUS.  
Ut paradisiacis hic primus junxit in hortis  
Primum cum prima conjugē rite Virum:  
Sic qvoq; nunc AQVILAM tibi PERDIX ELISABETHAM  
Connubio propriam dedicat atq; thoro.  
Ingredere ô nimium felix hac Sponse puella,  
Et Sponso felix Elisabetha tuo.  
Dignus es hanc socio Sponsam tibi jungere lecto,  
In thalamos eadem digna venire tuos.  
Qvam benè disposuit DEUS omnia, qvod Jovis ales  
Perdici Sponso munera diva ferat.  
Cernit enim ante pedes oculis intenta aqvilinis,  
Atq; futura notat pectore sollicito.  
En qvoties præpes volitando domestica tractat,  
Moribus & pullos in pietate probat?  
Ipsa gerit curam assidue cum laude suorum,  
Et purgat nisi limina tota malis.  
Qvaliter aucupii sector circumit agros,  
Depictum Nisum stipite fixit ovans.  
Cursitat hinc illinc, monstrans super alta volucrem,  
Prædam ut perdicem deferat inde suam:  
Haud' secus en te Sponsa juvat, qvò molliter occes  
Perdicem, dotes exeruisse tuas.  
Crede mihi, perhibent, sapiat qvòd callida Perdix:  
Sed per Sponsam Aqvilam callida victa jacent.

Nunc reproto, qvæ salvifici baptismatis unda  
Indidit ambobus nomina, qvæso nota.  
JANUS & ELISABETH sunt ipso dulcia sensu,  
Ni fallor, longè dulcius omen erit.  
Te qvoniā Sponsum commendat GRATIA, Sponsæ  
Præstabis, qvæ sunt grata futura tuæ.  
Illa tibi similis pietate placere studebit,  
Non minus officiis ingeniosa suis.  
Namq; DEI REQVIES pacabit corda molestis  
Officii curis irreqvieta tui.  
Sed qvid opus multis? Virtus utriusq; parentis  
Juncta suum ostendet fortius ipsa decus.  
Arboris in fructu bonitas sese exprimet omnis,  
Qva fuerit radix indole, ramus erit.  
Qvod supereft, fatis vestrūm felicibus omni  
Tempore conjugium floreat, oro DEUM.

## LUSIT PERDIX ET AQUILA,

Anagramma.

## PLUS(DIXIT)ÆQUALITER.

Ipse Deus summus superum pater atq; hominum rex,  
Conjugii dum vult vincula grata pati.  
PLUS, junctis tædis, DIXIT ÆQUALITER ibunt:  
Non fama ex æquo ducitur ulla jugo.

Nicolaus Thodænus de Khir-  
berg, Poligraphus & Civis apud  
Cubitenses, affinitatis ergo.

Ritterlich

I X.

R ötterlich vnd gantz unverzagt/  
 E in frommes Hertz sein Ehestand wagt/  
 P lumpet aber nicht auchß in selbn  
 H inein/sondern nimbt sich wahr ebn/  
 U nchristlich ists was fangen an/  
 N icht Gtt darumb begrüsset han.

Aurelius Brentel, Civis  
 & Senator Elnbogens.

X.

**R**es non visa prius mihi res audita nec  
 unquam, (hausta meis.  
 Est quæ nunc oculis, quæ auribus  
 Res miranda magis, veroq; simillior il-  
 Qvas transformatas Naso Poëta refert. (lis,  
 Mascula jam dudum lucos camposq; virentes  
 Perdix perlustrans, Aula Gabhorna, tuos.  
 Sola hinc inde errans: hijus pertæsaq;, tandem  
 Quærebat vitâ prospereiore frui.  
 Fædera jam demum socialia inire juvabat,  
 Tædia sic vitæ ferreq; dura suæ.  
 Cacabat hinc, vacuasq; implet clamoribus auras,  
 Et sociam vitæ supplice voce vocat.  
 Neq; vicquā tamen illa vocat: Miserata vocantis  
 Namq; vicem species nulla sibi similis.

Quæ

Quæ placuisset, erat species similis minus ulla,  
Sicq; sibi soli sola relictæ siet,  
Sola sit exclusa & sociali fædere, tandem  
Deficiant tristi tristia corda tabe.  
Posterior nulli ast avium, fæmella aquilina,  
Illustri procul haud hinc habitata loco.  
Nubila quæ super alta volans, radiantibus alis  
Splendore & famæ desuper axe nitet.  
Hoc querulo auditō clamore, gemiscere cœpit,  
Et calido gemitu corda liquata fluunt,  
Ingeminat gemitus altos de cordibus imis  
Oraq; in hos miseros sunt resoluta sonos.  
Eheu dispereo! an luctu misera illa repressa  
Heu pereat Perdix? annè feram? peream.  
Non patiar! Doctā, quapropter, illi arte medebor,  
Perfundamq; novo corcula lassa motu.  
Dixerat hæc: Rapidis sublataq; protinus alis  
Advolat, & vitæ jus socialis init.  
Mox junctis animis sociali fædere dextram  
Jungit, perdicis casta subitq; torum.  
Applicat atq; ægro medicas, quas noverat, artes  
Sat validas, validum pellere corde malum.  
Sic perdix sociâ tandem recreata Aquilinâ  
Perdice hâc socio gaudet & illa simul.

Non

Non ergo novum, res digna stuporeq; in uno  
Perdicem atq; Aquilam nidificasse toro?  
Ergo his, quæso, avibus nunc parcite quisq; decoris  
Sincerus junxit, quos pietatis amor.  
Parcite, nullum inferte malum, non territet illas  
Quisquam, nec nidos depopulare juvet.  
Abstineat laqueos tacitos posuisse, malignus  
Auceps, aut jaculis membra ferire suis.  
Quin mage vota ferat bona quisq; benignaq; cæli  
Assidua mecum Numinæ voce roget:  
Has sibi confisas tutentur ut ipsa potenti  
Dextrâ, non turbet vis inimica torum.  
Incolumesq; diu vivant, aquilæq; senectam  
Exsuperent socii vincula sera tori.  
Pax thalamum cingat placidum fœcunda, secundet  
Prosperitate domum, prosperitate torum.  
Savariter ut perdix socia ac aquilina recumbant  
Oscula rostris & dentisq; ferantq; suis.  
Prodeat exclusa & pullorum copia nido  
Quæ patris & matris viva propago siet.  
Sic genus hoc avium succrescit, ubiq; virescet  
Terrarumq; solo cœlicolumq; polo.

Johannes Schönniger,  
Pastor Engelhusanus.  
**C** MAGISTER

X I.

MAGISTER JOANNES REB-  
HUN VARISCUS.

avaygauauiaotis.

EN UNIS: ROSA SURGIT. HABE  
SIC MUNERA.



Vid Perdix tentas? tendis sic alta volare  
Alis percipiens gaudia mente citis?  
Pura moves, removes impuraq; rura nigrorum  
Corvorum; Pix, Stix rata parata qvibus.  
EN UNIS, punis reprobos probus: ardet amo-  
More decus: fervor fert bona dona tibi. (re  
Rectè perfectæ tanti ROSA SURGIT ovanti  
Vitæ, mellitè justa nitore nitet.  
Pulcer odorat odor. Sic ô SIC MUNERA castus  
Vera mero retine cordis amore tui.  
Vive, vige, nubes tandem scinde, æthera scandens,  
Ceu Perdix. Verè nomen & omen HABE.

M. Johannes Hofsteter.

X I I.



Oe quis conjugium, nisi qui rationis egenus  
Non fore tranquillum, subdubitare velit?  
Fædera JOANNES etenim ELISABETHAq; jungunt,  
Et coœunt pariter GRATIA & alma QVIES.  
Pastor is est doctus, Pastoris filia docti  
Docta hec est, clarent moribus ambo bonis.  
Quodq; docent alios, præstabunt jugiter ipsi  
Ut beet hos Domini gratia & alma qvies.

Johannes Leuschnerus Pastor

Ecclesiæ Hoslaviensium  
URANIA.

XIII.

# URANIA:

**N**E Palladis atq; Phœbi  
Dicunt vigiles alumni  
Sic Uraniam astreantem,  
Tam sideris his in agmen  
Qvod scandere do brabæum,  
Mortalibus & futuræ  
Qvod nuncia sum per astra  
Sortis, sit an hæc noverca  
Aut hora parens: nihil nam  
Mutabilius volucri  
Fortuna, & habet regressus  
παλινδρομοῦ ut: faventi  
Mox instat acerba tergo,  
Nubes tegit ut serenam,  
Vento resonante lucem.  
Sic fons gemino liqvore  
Vita fluit in jugali,  
Et melle scatensq; felle.  
Vos ergo novi biformem,  
Sponsi benè ferte sortem:  
Sed tristia fata cedant,  
Et plurima fausta spirent:  
Clepsydra pii instar optat  
Voti ut, relegas, legasvè,


C 2 CLEPSYDRA

# CLEPSYDRA.

quam munit Παλινδρός unus εξ alter.

Omina si bona da nobis animo.

Mitis ero : telis tot silet ore siti M.



Haile, ibi sortis sua laus, sit ies ibi ELISAH.

Matrona (ore) mari ledcs; edcs iram (ero) an ortaM;

# EIDYLLION.

**A**Nnè licet fari? res mira increbuit auri:  
Est insveta quidem visu, sed gratior auro.  
Innatos volucrum mores natura removit,  
Et quæ discordes domibusq; animisq; solebant  
Degere, jam parili flagrant in pectore amore.  
Alta petit aliæs præpes Jovis armiger alis.  
Atq; scabrâ pendit textum de rupe cubile:  
Ales Latonæ sed non sua corpora tollit  
Altè, propter humum volitans in sepibus hirtis  
Cacabat, & pónit nidos in pulvere siccо.  
Cedit uterq; suis jam sedibus omne fausto:  
Quàm benè conveniunt, nidoq; morantur in uno?  
Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,  
Non sic roboreus dolabrâ conjungitur asser,  
Non sic magnetis vis allicit abdita ferrum,  
Non sic ubera amat parvus prædulcia matris,  
Non sic fæmellæ rostro dat basia turtur:  
Ut perdix famule Jovis aptat colla lacertis,  
Ut corda amborum vinclo sunt nexa jugali,  
Ut teneras fervens incendit flamma medullas,  
Ut castis ardent ex æquo mentibus ambo,  
Utq; columbatim dant oscula, basia mille.  
Cum perdix aquilâ poterit spirare relicta,  
InferI aD CIta MontIs aqVas properas rVet egra.

Michaël Schiemer

Pastor in Lobs.

tuissim

C 3

MAGISTER

XIV.

MAGISTER JOANNES ET  
ELISABETHA.

Per Anagramma.

HABE GRATIOSAM:  
TENEAS SINE LITE.



Ulcius qvicqvam placidâ jugali  
Haud erit vitâ: hîc decus, hîc beati  
Spiritus sunt Angelici, hîc JEHOVA,  
Prosperitasq;

Hæc qvies Jovæ, nove Sponsæ, Sponsa  
Dicitur, qvæ ritè tibi dicatur,  
In DEO summo cor habet qviescens

ELISABETHA.

Qvaliter claro Patre Sponsa docta est,  
Taliter corde est pia, casta, lectis  
Moribus, lingvâ fera non, sed ore  
Vera puella.

Gratiâ donata puella splendet,  
Grata qvæ Jovæ, studuit, Patriq;  
Grata qvæ docto, rata qvæ jubent nunc  
Fata, peregit.

Ergò HABE gratus sociam jugalem,  
GRATIOSAM illam, facilem pudicam:  
Reddit hæc vitam placidam, calores  
Sedat ut unda.

Mittitur

Mittitur coelo, TENEAS Maritam,  
Nestoris vivas SINE LITE tempus,  
Conjugem & complectere gratiolam.

Perpete amore.

Sis tuæ Carnis Pylades, JOANNES,  
Claude laudatam geminis lacertis,  
Non Eris sed gratia Veris adsit

Pace vigente.

Hujus & vitæ Dominus molestæ  
Post dies vitam tibi det quietam,  
In polo, ELISBETHÆ simul & perennem.

Opto, salutem.

*Samuel Apelius Schönbacensis*

*Ecclesiæ Utwenensis Pastor.*

XV.

*Anagramma Sponsi.*

JOANNES REPHUN, PRAECO DEI  
I, DA, ANNUE: PEREO: HINC SPERO.

*Sponsus alloquitur Sponsam.*



LISABETHA, mei lux cordis, & alma voluptas,  
Quæ loquor, ingenuâ percipe verba fide:  
Saepè ego vim teneri & lusum mirabar Amoris,  
Arctandis nodo pectora bina pari:  
Horrebam fermè thalami quoq; fædera, magnæ  
Doctorum ut remoras, vinclaq; dura virum:  
Ast dum perpendo, quæ sint incommoda vita  
Cælibis, & casti gaudia quanta toro:

Non

Non amor Aonidum potis est restinguere Amorem.  
Conjugit, sanxit quod bonus ipse D E U S.  
Ad te propterea telis ego Iesus Amoris  
Confugio, poscens ut modo rursus amer:  
I mecum, mihi D' A, quod nunc precor, ANNUE voto,  
Namq; alias P E R E O, concido, anhelo miser.  
Vulneribus prater Te nemo medebitur istis,  
O mea Sponsa, illud Tu qvia sola potes:  
Sola potes, qvia sola places, & Tu mihi sola  
A Domino reqvies Elisabetha, venis:  
Quippe venis pergrata qvies mihi, dante Jehovah,  
Ad quem direxi vota precesq; meas.  
HINC SPERO certus, rapidis non irrita ventis  
Verba dari, supplex qvæ mea lingua facit.

### Anagramma Sponsæ.

ELISABETHA ADLERIANA.  
ARDES ITA? EN HABE ILLA.

### Sponsa respondet.

A Rdua res Amor est, siquidem venerande Magister,  
In mundo qvæ sunt, omnia vincit Amor.  
Hæc nosti, hæcce Tibi dictant satis illa sacrata,  
Affiduâ volvis qvæ monumenta manu.  
Hinc ITA nunc ARDES, istas in pectore flammas  
Movit & accendit Spiritus ipse sacer.  
Arbitrio nunc ergo D E I, Dominiq; Parentis  
Fiant, qvæ casto victus Amore petis:  
ILL Aq; latus HABE: EN Tibi me, fvarissime Sponse,  
Trado, Tu tradas Te qvoq; qvæso, mihi:  
Non alium cupio, qvam Te, Dilecte Johannæ,  
Est tecum, scimus, grātia multa D E I.

Et

Et tua honesta fides; probitas, constancia summa,  
Candor & ille tuus sunt bene nota mihi:  
Cumq; igitur votis aspirent Fata secunda,  
Nostris, hocce die, gratulor ipsa mihi:  
Et tristes merito nos mittimus ambo querelas,  
Justæ & lœticiæ jam nova signa damus.

Votum,

τεμικὸν καὶ χρονολογικὸν.

Grator ego CeptIs VestrIs, aC peCtore toto  
Oro: aDes & beneDIC hVIC, bone Christe, toro.

Joannes Nickerlæus Theusingen-  
sis, Ecclesiæ Patriæ Diaconus.

X V I.

 ANE tuas celebrat multo dum munere tædas,  
Gratuito ad festas turba vocata dapes.  
Dumq; alii nummos, patinas, leporesq; mini-  
strant,  
Poma quoq;, & qvorum sit meminisse  
labor.

Pro nummis numeri, lepore & pro verba leporis,  
Pagina pro patina, poma, poëma mihi est.

Hisce tuas donis tædas aditura Thalia,  
Carminis Heroi tangere jussit opus.

Ac breviter, socio, dixit, qvæ commoda Lecto  
Proveniant, mutuus si arte regatur amor.

Inprimis digna ut sit hic Concordia laude,  
Qvæq; Helice ut socii est, & Cynosura jugi.

Hæc ut ames faciet, faciet redameris ut idem,  
Hæc. est jucundi caufsa, cibusq; boni.

Forsitan hæc aliquis Critico perstrinxerit ungve,  
Et, thalamis, dicet, non vacat ulla tuæ.

D

Pars

Pars vitæ, Natos, Veneris nec gaudia nōsti,  
Attamen in tædis commoda magna notas!  
Aspirare licet, qvo non pertingere fas est,  
Usu, namq; mihi est noscere, cura prior.  
Sponsus ero, verūm non possum dicere qvando,  
Hoc tantum possum dicere, Sponsus ero.  
Ast tu Sponse tuis ferimus qvæ carmina tædis  
Suscite, cum cara & Compare vive, vale.

I I.

**G**ratus Hymen mihi JANE tuus, cui festa parat  
Haud vili indicis, thalamis te infersq; futuris.  
Huc etas matura thoro tua nempe vocabat,  
Quam tibi jam senis actum contingere lustris  
Crediderim, Senis Ascrei sic Musa requirit,  
Hac quod nulla magis tædis siet aptior etas.  
Quin ratio & rerum poscebat cura tuarum,  
Quo melius binis staret subnixa columnis  
Moles, qvæ solum pressit te, Nupta subibis  
In partem curæ, vita, studiisq; levamen  
**E**LISABETHA, D E I requiem, qvæ nomine signab.  
Deniq; naturæ lex, ut data cūiq; jubebat  
Conjugii stata sacra seqvi, & non illa vocata  
Sponte venit Venus ad nos, (id cœu nomine prodit)  
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem.  
Ipse opifex rerum, postquam vivavit Adamum,  
E laterum huic sociam constructam cratibus addit.  
Contractus primùm in septis vernantis Edeni  
Occeptus, suavis, rigidi servator honeste,  
Utilis &, si quis rectum cognoverit usum.  
Sic tuus ut certo firmetur fædere lectus,  
Quā fieri id posse, paucis adverte docebo.  
Principio thalamos sancit Concordia, firmat

Hec eadem, nexu mentes complexa duorum  
Corporum, ut è geminis possint coälescere in unam.  
Et veluti harmonia in nervis, fidibusq; canoris  
Laudatur, contrà dissensus displicet omnis:  
Haud secus in Tædis, qva & delectare potis sis  
Adsit temperies, socio gratissima lecto,  
Utg; ea sit, mutua caleant præcordia flammâ;  
Fomite quem largo foveas tu Sponse necesse est,  
Atq; ut ameris, ama, philtro hoc præsentius ullum est.  
Nec minus & morum probitas, blandæq; loquela  
Conciliant, vivos cicantq; in pectore amores.  
Assidua multis odium peperere querelle,  
Omnia dum rigidam cupiunt revocare ad amissim.  
Nec quid dissimulant, si fors juvenilis audet  
Fæmina, tu quadam ad vel connivere memento:  
Si quid vidisti, semper vidisse negato,  
Mollibus errantem, qvam duris, corripe verbis.  
Ac veluti indomitos, flectunt magis arte, caballos,  
Verbere quam duro, dociles, gnariq; Magistri:  
Sic primo tenebæ mulcendæ in amore Maritæ,  
Dehinc domitæ imperio submittent colla virili.  
Ergo omnis socio, procul acta, superbia lecto  
Absit, & asperitas, velut & pagana vetustas,  
Cum sacra Junoni faceret, bilem esse remotam.  
His voluit, quo, ut felle vacent connubia, signet.  
Deniq; quo stabiles nectat Concordia tæsus,  
Incorrupta fides conservat fædera lecti.  
Turpe est si alterius pectus terit alter amore,  
Conjunx, ac vetito decerpit gaudia lecto:  
Non ita qui thalamos Christo duce, & auspice Christo  
Componunt, una aet contenti Compare, terris  
Innocuae longum transmittunt tempora vite.

Tuq; horum numero ne qua absis Sponse caveto,  
Quamq; DEUS Leges, chari & juxere Parentes,  
( Qui Genero sua jura tibi cum dote dederunt )  
Solam adama, lectam de tot modo millibus unam:  
Hec tibi flexanimo mentem perfundat amore,  
Et tecum longæ societ sua gaudia, vita,  
Atq; virum pulcrā faciat te, prole Parentem.  
Nec lectus, luctus; nec Tæde, tædia; culpa,  
Copula sit; tumuli haud subeant thalamosq; jugales.  
Hec voveo ex imis tibi Sponse, Tuq; medullis,  
Annue tu votis, Superum venerande Senatus!

III.

MAGISTER JOANNES REPHINIUS  
CUM  
ELISABETHA ADLERIANA.

*Per Anagrammatismum.*

EJA BENE; ROSA ILLA UNA EST  
MIHI REPERTA.  
DIC ANN' MAJUS HIS?

Dum tegitur Tellus cœlestis vellere lanæ,  
Marmoreoq; nitet, candida facta gelu.  
Dum ruit & Boreas vel mille, calore, colores,  
Extincto, & pratis cum decus omne perit.  
Sponse tibi parti gaudes de germine floris,  
Et plausus, tanto munere latus, agis.  
EJA, refers, BENE; namq; ROSA ILLA MIHI UNA  
REPERTA EST,  
HIS est ANN' MAJUS DIC qvod amare velim?  
Qvis credat duræ medio sub frigore Brumæ,  
Flores vel teneras crescere posse rosas?

Qvas

Qvas mulcent auræ, firmat Sol, educat imber,  
Temperies Verni dum tepet apta poli?  
Sed te non florum conspectus detinet horum,  
Qvos fundit lato dædala terra sinu.  
Longè alia lectus flos est ratione, locorum  
Temporis ac, dispar conditione, tuus.  
Nam qvod amas sana est lectum ratione, Tonantis  
Lege ratum, Phyeos, judicioq; bonum.  
Aura tulit tepidi non hunc fœcunda Favoni,  
Si medio Brumæ frigore salvus agit.  
Iste maritali succrevit flosculus horto,  
Qvo thalami sacrum Jova coronat opus.  
Carpe igitur florem dignum te Sponse, perennis  
Hujus odor tristes temperet orbe vices.

M. Nicolaus Spissius ab  
Hartenfelsö, Juniorum Baronum  
de Velfö pro tempore Ephorus.

XVII.

**H**uc huc ô Veneres, Cupidinesq;  
Huc huc ô Charites adeste, adeste  
Cum Phœbo simul ô novem Puellæ,  
Meæ deliciæ, meiq; Amores.

Nam Rep-hun juvenis vir & Magister  
Multâ præditus arte, PRÆPOTENTIS  
Mystes, connubio sibi jugali  
Fungit floridulam genis & annis,  
Jova sic moderante, nunc puellam;

D 3

Exvoto

Ex voto sibi sola quæ puellis  
Multis præ reliquis placet, pudicos  
Ob mores, pietatis obq; sanctum  
Ardorem; neq; curat ille, donec,  
Quæ auri possideat puella multum,  
Et dives teneat domos frequentes,  
Agros, flumina, prata, vineasq;  
Et jactet genus insuper parentum.  
Optatè veniat suas in ulnas,  
Sed spernit mage, divitemq; abundè,  
Dotatamq; sat is putat jugalem,  
Quæ morata subit thori marita  
Casti fædera. Nam cui pudica,  
Frugi, culta, D E U M timensq; Conjux  
Contingit, velut optimi Magistri  
Sponsi, Sponsa sua est Elisa, toto  
Hic vitæ spacio potest beatus  
Latari, reliqua ipse providebit.  
Autor conjugii D E U S sacrati,  
A quo nos decet ore comprecari  
Uno omnes thalamum diu vigentem,  
Fœcundum, placidum, D E O q; gratum.

Conradus Saccus Pædotri-  
ba apud Neudeccenses.  
**CATO**

# CATO SENIOR:

Animus est potius ubi amat, qvām ubi animat:



*N*ova post mortem proficii corpora, quondam  
Credita ridiculē mens animata  
fuit.

Brutorum hinc animas hominē persæpe, putarunt,  
Mox hæc humanas corpore ferre suo.

Qui Sophiae primum dici affectavit Amator,  
A carnis dapibus terruit inde suos.

Turpis erat formido, ne quis comedendo ferinam,  
Aut patris aut matris læderet unā animam.

Hi valeant Asophi: atq; Metempychosis Aman-  
tum,

Stet rata; corde viget alter in alterius.

Sponsæ animam Sponsus circumfert: illa vi-  
cissim,

Hujus habet, non hæc somnia, mira licet.

Si male sponsa valet, Sponsus tum mortis ad  
instar,

Hac florente, animam sentit E ille suam.

Sponsæ migravit mea vita in viscera castæ:

Hac sine fac recte non sibi CHRISTE putet.

Illius

*Romanus*

Illi⁹ in me a membra parem transfund⁹ vigorem,  
Qui me vivificet, fortiter atq; animet.  
*Auspice Te CHRISTO duret recreatio longum,*  
Altera in temp⁹; Sors nec iniqua gravet.  
Hoc mihi qui cupitis, reprec⁹ tot commoda vobis  
Quot profert literas Carmine quisq; suo.  
Dicite. Quo natura minus cognovit in unā  
Perdicem atq; Aqvilam nidificare domo.  
Hoc sit conjugium vestrum felicius. Esto,  
Unius alterius Cor animando regat.  
*Romanus*

Sed quoq; corde simul votum hoc depromite.  
Longa.  
Dextrē vive Socer, secula, vive Socrus.

M. Johan: Rephun, Sponsus,



FINIS.

Stadtbibliothek Chemnitz



A098658X





